

agebatur de non substantialibus, aut de iis, quae fidem non respiciebant. Hinc ipse Augustinus scribit (Epistola 86): *In his rebus de quibus nihil certe statuit Scriptura, mos populi Dei, vel instituta majorum tenenda sunt, de quibus, si disputare voluerimus, et ex aliorum consuetudine alios improbare, orietur interminata luctatio.* Addam his quae apposite pariter habet Tertullianus initio libri de Virginibus: *Regula fidei una omnino est, sola, immobilis, irreformabilis, caeterae jam disciplinae conversationis admittunt novitatem.*

Omnibus his positis, quae quidem non parvi momenti facienda videntur, quid de Parochis Rhedonensis Dioecesis erit dicendum? Quid de diversa, quae inter eos servatur, praxi decernendum? Sane exponit Illustrissimus Episcopus diversimode in sua Dioecesi sese Parochos gerere in administratione Sacramenti extremae unctionis, et ab aliis pedum plantam, ab aliis superiorem partem inungi: sed duo aequae fatetur, nempe: *et utrosque usui inhaerere*, et ideo inhaerere, tum quia de hac re sileat *Rituale Romanum*, tum quia diversa praescribunt *Ritualia*, quae pro quibusdam Galliarum Dioecibus edita fuere. En itaque rationes diversitatis quae inter praefatos parochos advertitur in extrema unctione administranda, quae diversitas apud eos in usum transiit et in consuetudinem, cui unusquisque ipso fatente Episcopo adhaeret. Quod verbum *adhaeret*, demonstrat quodammodo, ita eorum quemque suum in hac re usum moremque retinere velle, ut fieri fortasse posset, neminem ab hoc, quem hucusque servavit, esse recessurum, praesertim cum unusquisque, nulla disciplinari universali existente lege, silente Rituali Romano, diversimode praescribentibus variis Galliarum Ritualibus, respondere, aliter praeci-

piantibus, fortasse posset, sese, sive in inferiori sive in superiori parte pedem ungat, pedem revera inungere, Ritualium suorum praescripta servare, nec inobedientiae notam ullo pacto mereri. Hac supposita, paulisper, proprio usui huc usque retento, adhaesione, hac ad novam praescriptionem responsione admissa, nonne scandalum aliquod posset oriri? Nonne irreverentiae in Episcopum locus daretur? Quod quidem scandalum vitandum est, multoque magis non est excitandum, juxta Ambrosii verba supra relata: *morem ejus serva, si cuiquam non vis esse scandalo, nec quemquam tibi?* praesertim cum de re agatur, quae accidentaliter respicit, in quibus juxta Tertullianum varietas esse potest, sive discrepantia. *Caeterae jam disciplinae admittunt novitatem*; non vero fidem et fidei substantiam, *quae sola nempe fidei regula per eundem Tertullianum una omnino est immobilis, irreformabilis.* Quid insuper si quisque pro suo usu stare vellet? Si suum quisque morem defendere? Suam quisque consuetudinem diversis Ritualium praescriptionibus innixam tueri? *Orietur interminata luctatio*, ut inquit S. Augustinus, quam luctationem vitare debemus, *quaeque ex aliorum consuetudinum improbatione excitatur.*

Quare, ut scandalum vitetur, ut oppositio, ut luctatio isthaec praecaveatur in hoc accidentali ritu, cum varia fuerit ex ritibus Ecclesiae disciplina, cum varia haec fuerit diversarum Ecclesiarum praxis quoad numerum partium inungendarum, et istarum aequae partium locum inungendum mos et praescriptio, cum nihil Ritualis *saltem praecipive* innuat, cum varia Galliarum Ritualia diversimode praescribant, cum denique vere ab utrisque dici posset aequae pedem inungi, quacumque in parte inungatur, ad scandalum vitandum quod forte posset oriri, ad

luctationes praecavendas, quae possent excitari, S. C. sapienter aequae, ac apposite respondendum putavit: *scribendum Episcopo esse, ut prudentia adhibita hac in re nihil innovet.*

## EXULTET.

### 1) Diaconus cantat.

Vd.: *Diaconus cant. Exult.*

## FACULA.

In diebus ferialibus, dum horae canonicae cantantur, permitti non potest, quod loco facularum adhibeantur duo luminaria cum oleo. n. 3597 ad 15 die 10. Sept. 1701.

Vd.: *Lumina. Intortitia.*

## FALDISTORIUM.

### 1) Dignitar. et Canon.

Dignitates et Canonici Metrop. Urbinat. pontif. celebrantes uti nequeunt faldistorio et sedere debent in scamno cooperto tapete vel panno currentis coloris et amplius. n. 4224 ad 2 die 29. Jan. 1752.

Vd.: *Sedes Dignit. et Can.; Usus Pontifical.* (praecipue decr. n. 4863; 4696).

*Ad dubium:* Quibus personis debeat permitti faldistorium seu genuflexorium et quomodo? S. R. C. resp.: posse concedi, non tamen aequale Episcopo. n. 613 ad 3 die 14. Febr. 1626.

*Ad dubium:* An liceat Episcopo titulari canenti Missas et Vesperas seu Canonico in propria hebdomada uti faldistorio et indumentis Pontifical. seu potius illas canere debeat sedendo in scamno, prout practicatur cum reliquis Canonicis et absque Pontificalibus in-

### 2) Nominatio Episcopi.

Vd.: *Cereus paschalis.*

### 3) Nominatio Imperatoris.

Vd.: *Oratio pro Imperatore.*

## F.

umentis? S. C. resp.: Ad mentem et mens est, ut in missis de turno assistat et subroget alium; in solemnioribus vero non posse, nisi de licentia Episcopi. n. 3976 ad 7 die 10. Apr. 1728.

### 2) Episcopi.

#### a) In Absolutione.

Vd.: *Absolutio (cruz).*

In exequiis absolvendis pro Papa vel pro Principe, corpore non praesente, faldistorium Episcopi ponendum est ad caput tumuli. n. 4815 ad XIII. 2 die 22. Sept. 1837.

#### b) Missam audientis.

Vd.: *Capella Episcopi* (Missa; decr. n. 4547).

### 3) Episcopi Administratoris.

*Ad dubium:* An in Pontificalibus uti unice debeat Faldistorio?

Et S. eadem C. . . . respondendum censuit:

„Affirmative“.

Atque ita rescribendum rata et ex alias etiam Decretis declarare. n. 5140 ad 3 die 23. Sept. 1848.

### 4) Episcopi exteri.

Non licet Episcopo Ordinario loci extra Cathedralem Episcopo extero,



cui Pontificalia demandet, cathedram sub baldachino indulgere sed Episcopum exterum juxta Caeremon. faldistorio uti debere. n. 1776 die 29. Jan. 1656.

Cf.: *Thronum Episcopi; Sedes Episcopi; Baldachinum Episcopi Administrat.*

### FAMILIARES EPISCOPI.

#### 1) Praecedentia.

Cum Nomine Nobilitatis Aesinae expositum fuerit, nonnullas ortas fuisse contentiones inter famulos Episcopi aliosque famulos Nobilitatis in associatione SSmi. infirmis et in aliis processionibus, praetendentibus illis quandoque praecedere etiam Confraternitates et Religiones, S. C. resp.: Competere famulis Episcopi primum locum inter alios famulos. n. 4060 die 3. Aug. 1737.

De praecedentia famil. Ep. in ejus accessu ad Ecclesiam, vd.: *Episcopus* (accessus; *ordo incedendi*, decr. n. 4062; 4597 *nota.*)

#### 2) In Presbyterio.

Posse admitti familiares Episcopi intra Presbyterium, in loco tamen, ubi collocatur Credentia, sed nullo modo in sedibus Beneficiorum. n. 923 ad 8 die 5. Julii 1631.

Cf.: *Presbyterium.*

### FEBRUARIUS.

#### a) Dies tertius.

*Ad dubium:* An possit assignari dies 3. Febr. alicui Sancto dupl. vel semid. semper translato pro ejus certa et perpetua sede, cum Alex. VII. decreverit diem quartam Febr. s. Andreae Cors. e. semid., qui occurrit die 6. Januarii, fortasse ad hoc, ne impediretur dies 3. Febr. sacrata s. Bla-

sio simpl. pro festo Purificat., quando in Dominicis privilegialis occurrit, eo quod Clem. VI. statuerit diem 3. Febr. festo Purificationis. Item Caerem. Papae nec non et Missale rom. ait: Missa vero festi transfertur in sequentem diem. Item Ordo rom. ponens ejus festum die 3. celebrandum? S. C. resp.: *Negative.* n. 2961 ad 2 die 9. Aug. 1681.

*Ad dubium:* An est authenticum Decretum sequens: „Dies tertia Februarii non potest assignari alicui Sancto duplici vel semiduplici semper translato pro ejus certa et perpetua sede“ die 9. Augusti 1681?

Et quatenus affirmative, an transferendum in aliam diem Festum Sancti Raymundi de Pennafort, quod ratione Desponsationis Beatae Mariae Virginis in Dioecese Namuric. fuit sive bene sive male fixum in die tertia Februarii?

Et Eminentissimi ac Reverendissimi Patres Sacris tuendis Ritibus praepositi in Ordinario Coetu ad Vaticanum sub infrascripta die coadunati, percepta relatione ab infrascripto Secretario facta, rescribendum censuerunt: „Affirmative in omnibus“.

Atque ita rescripserunt ac sarvari mandarunt die 23. Maji 1835 n. 4746 ad 15.

#### b) Dies 24. vel 25.

Vd.: *S. Matthias ap.* (transl. in anno bisext. decr. n. 2943).

### S. FELIX DE VALOIS.

Officium s. Felicis de Valois esse ad libitum. n. 3005 ad 2 die 28. Decb. 1682.

Cum dies propria S. Joannis a Cruce sit assignata s. Felici de Valois sub ritu dupl., an istud festum debeat transferri in aliam diem an non? S. C. resp.: Transferendum esse officium

s. Joann. a Cruce et recitandum s. Felicis, cum hujusmodi festum s. Felicis non debeat considerari ut translato sed immutatum in aliam diem similiter sibi propriam, perpetuo a S. R. C. assignatam, et sit ritus majoris s. Joannis a Cruce, cui vix evi rubricarum de occurrentia compellit translatio. Die 11. Julii 1739 ad 2 in *Tropien.*

### FENESTRA.

#### 1) Pro aud. missa.

##### a) Episcopus.

Pro usu et persona Archiepiscopi tantum concedi posse, ut ipse sine consensu Capituli adaperiat fenestram, quae ex aedibus suis in Ecclesiam respicit, ut inde non visus ab aliis divina Officia quandoque audire possit et per eam aspicere, an Canonici et Presbyteri recte et decenter munia ecclesiastica exerceant. n. 244 die 19. Junii 1604.

Fenestrae prohibentur in Ecclesia, per quas in eam prospectus haberi possit; solus Episcopus potest eas habere. S. R. C. 19. Jan. 1614; S. C. Ep. 5. Maji 1619.

##### b) Laici.

Remissa a SSmo. D. Nostro Innocentio P. XII. ad S. R. C. supplici Instantia Julii Mariae della Leonessa Principis Sepini Bojanen. Dioecesis, supplicantis sibi benigne impertiri facultatem construendi et aperiendi in proprio Palatio fenestram, seu, ut vulgo dicitur, Coretto a latere Capellae ab ipso in Ecclesia Archipresbyterali loci praedicti similiter propriis sumptibus constructae, pro consequenda audiendi inibi sacrum exoptata commoditate.

S. eadem R. C. ad relationem Emi. et Rmi. D. Card. Imperialis, censuit „Negative“ respondendum. n. 3482 die 2. Augusti 1698.

Decreta authentica.

#### 2) Velatio in expos. SSmi.

Vd.: *Instructio Clem. §. VI. n. 16.*

### S. FERDINANDUS REX.

#### URBIS

#### Et Status Ecclesiastici.

Cum nuper SSmus. D. N. Pius VII. P. M. Capitulo et Clero Patriarchalis Basilicae Liberianae Urbis Officium S. Ferdinandi Castellae Regis recitandum concesserit; quod pridem in Hispaniarum et Neapolis Regnis tantum obtinuerat: Parochorum Urbis Collegium eidem SSmo. D. N. supplicavit, ut hujusmodi privilegium ad universum Urbis et Status Ecclesiastici Clerum extendere dignaretur, ea potissimum de causa, quod cum fiant Officia de SS. Canuto, Hermenegildo, Henrico Imperatore, Ludovico Galliarum et Stephano Hungariae Regibus, consonum videatur S. quoque Ferdinandum hujusmodi honore decorare. Et Sanctitas Sua ad relationem Emi. et Rmi. D. Card. Julii M. de Somali, Episcopi Tusculani, S. R. C. Praefecti antedictam extensionem Officii S. Ferdinandi Castellae Regis Clero Urbis et Status Ecclesiastici clementer indulgit, ritu tamen semidupl. n. 4522 die 19. Sept. 1816.

### FERETRUM.

Vd.: *Tumulus.*

### FERIA.

#### 1) (IV.) Cinerum.

Vd.: *Cineres; Dies cinerum.*

#### 2) (VI.) Post Octav. Ascensionis.

*Ad dubium:* An si fer. VI. p. Octavam Ascensionis occurrat festum 9 II., facienda sit in missa commemoratio illius diei? S. C. resp.: Faciendam commem. feriae 6., nisi festum



fuerit ex solemnioribus, juxta rubricas. n. 3718 ad 6 die 4. Apr. 1705.

Vd.: *Translatio festi in fer. VI. p. Oct. Ascens.*

### 3) Officium.

Vd.: *Officium feriale.* (estne evitandum?)

## FERIAE.

### 1) Canonicorum.

Vd.: *Canonici* (feriae).

### 2) Majores.

(*Commemoratio.*)

Temporibus Adventus, Quadrag., Quatuor temporum et feriae 2. Rogationum de iis Feriis semper fieri debet commemoratio etiam occurrente festo dupl. 1. cl. De fer. III. et IV. Rogationum servetur rubrica particularis in missa. n. 4175 ad 6 die 4. Sept. 1745.

Vd.: *Missae vot. priv.* (Commem.); *Immac. Conc. B. V. M.* (Dies etc. decr. Urbani VIII.)

## FERULA CAEREMONIARII.

Vd.: *Caeremoniar.* (vestis; decr. n. 4153.)

## EFSTIVITATES.

### 1) In quibus non debet celebrari in Oratoriis privatis.

Vd.: *Orator. privat.* (Missae et alia etc.; decr. de die 17. Novb. 1607.)

### 2) Solemnes.

Vd.: *Festum solemne.*

## FESTUM.

### 1) Abrogatio.

Vd.: *Reductio festorum.*

*Ad dubium:* Duo sunt Indulta sa. me. Pii Papae VI. quoad Festa de

praecepto contrahenda in Hibernia, alterum nimirum diei 29. Martii 1778 et alterum die 23. Martii 1779 quibus onus adimitur adstandi Sacro et abstinendi ab operibus servilibus in viginti duo diebus, quae antea de praecepto servabantur. En indulti verba: Pius VI . . . in Festis sequentibus dispensavit circa praeceptum audiendi Missam et abstinendi ab operibus servilibus . . . circa Functiones vero Ecclesiasticas nihil innovetur: „Quaeritur: utrum haec ultima verba in supradictis abrogatis Festis obligent, sicut prius, Sacerdotes; vel utrum Sacerdotes teneantur vel celebrare vel Sacro adstare necne, licet prima Indulti pars ab hoc onere Laicos dispenset? Locus dubitandi factus est ex eo, quoniam nonnulli Episcopi affirmativam tueantur sententiam, nonnulli negativam.“ S. C. resp.: *Non teneri.*

Atque ita censuit die 7. Aprilis 1832. n. 4689 ad 3.

### 2) Annuntiatio in Martyrologio.

Vd.: *Martyrologium* (Annunt. festor.)

### 3) SS. Apostolorum.

*Cadente festo Dedicationis in festo s. Apostoli,* vd.: *Dedicatio* (Transl. decr. n. 3873 et 4526.)

*De vigiliis jejunandis ss. ap.,* vd.: *Vigiliae ss. Apost.*

*De festo ss. ap. Petri et Pauli,* vd.: *SS. Petrus et Paulus.*

*De transl. festor. ss. Apost. et Evang.* vd.: *Transl. festor. ss. Apost.*

### 4) Cathedralis.

Cf.: *Patronus Cathedr.*

Ecclesiae non debent se conformare cum Cathedrali in festis SS. et Reliquiarum *Cathedralis* in Officio et Missa. n. 772 ad 7 die 28. Octob. 1628.

Festum Ecclesiae Cathedr. tantum celebrandum per totam Dioecesim ordinare (sine consensu Sedis apostolicae) Episcopo non licet. n. 338 die 16. Jan. 1607.

### 5) SS. Cord. Jesu.

#### a) Color.

In missa Cordis Jesu color albus est adhibendus. n. 4356 ad 3 die 17. Aug. 1771.

#### b) Commem. in hoc festo.

*Ad dubium:* In Regno Portug. celebratur festum ss. Cordis Jesu cum ritu dupl. 1. class; quaeritur: utrum in 1. vesp. ss. Cordis Jesu fieri debeat, an potius omitteri commemor. Octavae SS. Corp. Chr.? S. C. resp.: Negative ad primam partem; affirmative ad secundam. n. 4487 ad 3 die 14. Maji 1803; n. 5223 ad III. 5 die 16. Febr. 1856.

*Ad dubium:* In locis, ubi Festum Sacratissimi Cordis Jesu celebratur Fer. VI. post Oct. Corp. Christi, Vesperae sunt de Oct. Corp. Chr. sine commem. sequentis ex Rescripto S. R. C. 17. Aug. 1771. Quaeritur: an inde sequatur omitterendam esse commem. de Venerabili, quando Missa propria Sacratissimi Cordis Jesu dicitur ad Altare, in quo SSimum Sacramentum patenter est expositum, si alioquin praedicta commem. esset facienda?

Et Emus ac Rmus. D. Card Carolus Maria Pedicini Ep. Portuen . . . rescribi mandavit:

„Ad modum Collectae permitti potest.“

Atque ita rescribi ac servari mandavit. n. 4921 ad 2 die 22. Maji 1841.

## OSTUNEN.

In Cathedrali non minus quam in nonnullis aliis Ecclesiis Dioecesis Ostunen. in Festo Sacratissimi Cordis Jesu assolet Missa solemnis celebrari cum cantu ante Sanctissimum Sacramentum solemniter expositum. Hodiernus itaque Cathedralis ipsius Archipresbyter Sacrorum Rituum Congregationi supplicavit humillime, ut declarare dignaretur: an in memorata Missa solemni de Sacratissimo Corde Jesu apponi debeat commemoratio Sanctissimi Sacramenti? et quatenus affirmative: an locum habeat sub unica conclusione?

Et Sacra eadem Congregatio ad Quirinale sub infrascripta die in Ordinario Coetu coadunata omnibus mature perpensis infrascripto Secretario referente, rescribendum censuit: „Commemorationem in casu esse omitterendam“. Die 6. Septembris. 1834. n. 4731.

#### c) Commem. hujus festi.

Vd.: *Octava* (dies oct.); *Corp. Chr.*

*Ad dubium:* An occurrente in Octava SSmi. Corporis Chr. festo Nativ. s. J. Bapt., ss. ap. Petri et Pauli, Dedicationis aut Tituli Ecclesiae, Patroni principalis aut alterius cujuscunque festi dupl. 1. cl. fieri debeat in 2. vesp. Commemoratio de eadem octava, an potius sequentis festi s. Cordis Jesu? S. C. resp.: Affirmative ad primam partem, negative ad secundam. n. 4604 ad 2 die 27. Mart. 1824.

## NOTA GARDELL. AD HOC DECRETUM;

Casus est novus; et primum accidit (saltem Romae) hoc anno 1824, cum recens sit institutio Festi *Sacri Cordis Jesu*, cui celebrando assignata est *Feria VI. post Octavam SSmi. Corporis Christi*; unde oritur apud nonnullos quaestio: an et cui commemo-